

I

Fabula prima cuiusdam Caietani pauperis naucleri

Caietani, qui plebei sunt, ut plurimum navigio victum quaerunt. Nauclerus ex eis admodum pauper, cum ad varia loca lucri causa, relictā domi uxore iuvencula et tenui suppellectile, navigasset, post quintum ferme annum rediit. E navi e vestigio ad visendum uxorem – quae interim viri reditum desperans cum alio convenerat – domum proficiscitur. Ingressus, cum eam maiori ex parte instauratam in meliusque auctam vidisset, admiratus, uxorem quaesivit, quomodo domuncula, antea informis, esset perpolita. Respondit statim mulier sibi in ea re eius, qui omnibus fert opem, Dei gratiam affuisse: ‘Benedicatur’ inquit ‘Deus, pro tanto hoc beneficio erga nos suo!’. Videns insuper cubile lectumque ornatiorē reliquamque suppellectilem mundam ultra quam ferret uxoris condicio, cum percontatus esset, unde illa quoque provenissent, et Dei indulgentiam illa sibi subministrasse asseveravit: gratias iterum vir Deo egit, qui tam liberalis in se fuisset. Eodem modo et aliis quibusdam, quae nova domi et insueta videbantur, conspectis cum largioris Dei munificentiam affuisse diceret, virque ipse tam profusam erga se Dei gratiam admiraretur, supervenit scitulus puer triennio maior, blandiens – ut mos est puerorum – matri. Conspicanti hunc marito sciscitantique quisnam puer esset, suum etiam uxor respondit. Stupenti quaerenti-que viro, unde se absente puer provenisset, Dei quoque in eo acquirendo sibi astitisse gratiam mulier affirmavit. Tunc vir indignatus divinam gratiam etiam in procreandis filiis sibi adeo exuberasse: ‘Multas iam’ inquit ‘gratias Deo habeo agoque, qui tot cogitationes suscepit de rebus meis!’. Visum est homini Deum nimium curiosum fuisse, qui etiam de comparandis, se absente, liberis cogitarit.

I

Ubogi szyper z Gaety³



Biedota z Gaety utrzymuje się głównie z połowu ryb. Pewien Ubogi szyper wyruszył dla zarobku na łowiska, pozostawiwszy w skromnym domku młodą żonę. Wrócił po blisko pięciu latach i prosto ze statku puścił się biegiem do domu na spotkanie z żoną. Tymczasem ona, zwątpiwszy w powrót męża, zesła się już z kim innym. Od razu w progu szyper zobaczył, że dom został odnowiony i rozbudowany. Zdumiony zapytał żonę, jakim sposobem marna chatynka zyskała tak okazały wygląd. Żona czym prędzej odpowiedziała, że stało się tak dzięki łaskawości Boga, który wszystkim niesie pomoc. „Zatem Bogu niech będą dzięki – mąż na to – za takie względem nas dobrodziejstwa”. Obejrzał następnie sypialnię, piękne łóżko i pozostałe sprzęty, których jakość przewyższała zasoby żony. Kiedy wypytywał, skąd się to wszystko wzięło, znów zapewniła, że dzięki dobroci Boga. Po raz wtóry mąż podziękował Bogu za taką hojność. Podobnie toczyła się rozmowa i później: mąż oglądał dom urządzony całkiem na nowo, żona wszystko przypisywała Boskiej szczodrości, a on zdumiewał się tak wielką łaskawością. W pewnej chwili pojawił się ładniutki chłopczyk, trzyletni albo i ciut starszy, i – jak to dzieci mają w zwyczaju – przytulił się do matki. Na ten widok mąż zapytał, czyje to dziecko, żona zaś odpowiedziała, że jego. Osłupiały wypytywał, skąd się wzięło, skoro nie było go w domu. Żona zapewniła, że i w tym wypadku nie zabrakło Bożej łaskawości. Mąż, zaniepokojony hojnością Boga w przysparzaniu mu potomstwa, rzekł: „Jestem wdzięczny i dziękuję Bogu za tak wiele – tyle się nad moimi sprawami nagłowił”. Był jednak zdania, że to nadmierna gorliwość – powoływać na świat dzieci pod nieobecność ojca.

³ Gaeta, miasto portowe w Lacjum, nad Morzem Tyrreńskim.

II

De medico, qui dementes et insanos curabat

Plures colloquebantur de supervacua cura, ne dicam stultitia, eorum, qui canes aut accipitres ad aucupium alunt. Tum Paulus Florentinus: 'Recte hos' inquit 'risit stultus Mediolanensis'.

Cum narrari fabulam posceremus, 'Fuit' inquit 'olim civis Mediolani dementium et insanorum medicus, qui ad se delatos infra certum tempus sanandos suscipiebat. Erat autem curatio huiusmodi: habebat domi aream et in ea lacunam aquae foetidae atque obsce-nae, in quam nudos ad palum ligabat eos, qui insani adducebantur: aliquos usque ad genua, quosdam inguine tenus, nonnullos profundius pro insaniae modo; ac eos tamdiu aqua atque inedia macerabat, quoad viderentur sani. Allatus est inter caeteros quidam, quem usque ad femur in aquam posuit, qui post quindecim dies coepit resipiscere ac curatorem rogare, ut ex aqua reduceretur. Ille hominem exemit a cruciatu, ea tamen condicione, ne aream egrederetur. Cui cum diebus aliquot paruisset, item ut universam domum perambula-ret, ut exteriorem ianuam non egrederetur, permisit; reliquis sociis, qui plures erant, in aqua relictis, paruit diligenter medici manda-tis. Stans vero aliquando super ostium – neque enim egredi audebat timore lacunae – advenientem equestrem iuvenem cum accipitre et duobus canibus, ex his qui sagaces dicuntur, ad se vocavit rei motus novitate; neque enim, quae ante in insania viderat, tenebat memo-ria. Cum accessisset iuvenis: «Heus tu», inquit ille, «ausculta, oro, me paucis, ac, si libet, responde: hoc, quo veheris, quid est et quam-obrem illud tenes?». «Equus est», inquit, «et aucupii gratia». Tum

II

Medyk leczący wariatów i szaleńców

W sporym gronie rozmówców rozprawiano o niedorzecznej pasji – by nie rzec: szaleństwie – tych, którzy hodoją psy i jastrzębie do polowań na ptaki. Odezwał się wówczas florentyńczyk Paolo: „Słusznie obśmiał ich głupek z Mediolanu”. A ponieważ domagaliśmy się całej historyjki, opowiedział ją nam.

„Był kiedyś w Mediolanie medyk leczący wariatów i szaleńców, który podejmował się wykurowania w określonym czasie przyprowadzanych doń pacjentów. Oto na czym polegała kuracja: przy domu znajdowało się podwórze, a na nim jama wypełniona cuchnącą, brudną wodą. Kiedy przywożono szaleńców, medyk przywiązywał ich nagich do pała w teźże jamie – jednych zanurzonych po kolana, innych po słabiznę, a innych jeszcze głębiej – zależnie od stopnia szaleństwa. I tak długo nasiąkali wodą, nie dostając nic do jedzenia, aż – przynajmniej na pozór – powrócili do zdrowia. Medykowi przywieziono kiedyś wraz z innymi człowieka, którego umieścił w wodzie aż po biodra. Po piętnastu dniach zaczął on odzyskiwać rozum i poprosił opiekuna, żeby wyjął go z wody. Medyk zaprzestał więc tortur, pod tym jednak warunkiem, że pacjent nie opuści dziedzińca. Ponieważ przez kilka dni był posłuszny, pozwolono mu spacerować po całym domu, byle nie wyszedł poza bramę. Pozostałych kuracjuszy, a było ich wielu, lekarz dalej trzymał w wodzie. Tymczasem pacjent pilnie przestrzegał zaleceń. Pewnego razu stał przy bramie, ze strachu przed jamą nie śmiejąc wyjść na zewnątrz. A że nadjeżdżał właśnie konno młodzieniec z jastrzębiem i dwoma psami myśliwskimi, przywołał go do siebie. Postać ta wydała się ozdrowieńcowi niezwykle i całkiem nieznana, nie pamiętał bowiem niczego sprzed czasów swojej choroby. «Ej, ty – zawołał – proszę, posłuchaj mnie przez chwilę i powiedz: co to jest, na czym jedziesz i po co ci to?». «To koń – odparł młodzieniec. – Służę do polowania na ptaki».

deinceps: «Vero hoc, quod manu gestas, quid vocatur et in qua re illo uteris?». «Accipiter», respondit, «et aucupio aptus querquedularum et perdicum». Tum alter: «Hi, qui te comitantur, qui sunt, age, et quid prosunt tibi?». «Canes», ait, «et aucupio accommodati ad investigandas aves». «Hae autem aves, quarum capiendarum causa tot res paras, cuius pretii sunt, si in unum conferas totius anni capturam?». Parum quid nescio cum respondisset et quod sex aureos non excederent, subdit homo: «Quaenam est equi, canumque et accipitris impensa?». «Quinquaginta aureorum», affirmavit. Tum admiratus stultitiam equestris iuvenis: «Ho, ho», inquit, «abi hinc ocius, oro, atque adeo avola, antequam medicus domum redeat. Nam si te hic compererit, veluti insanissimum omnium, qui vivant, in lacunam suam coniiciet curandum cum caeteris mente captis atque ultra omnes usque ad mentum in aquam summam collocabit».

Ostendit aucupii porro studium summam esse amentiam, nisi aliquando et ab opulentis, et exercitii gratia fiat’.

⁴ W tekście łacińskim nazwa monety brzmi *aureus*. Aureusy były złotymi monetami, które w Rzymie starożytnym bito od I w. p.n.e. do wieku IV (wycofał je z obiegu cesarz Konstantyn). Wyraz *aureus* oznaczał następnie po prostu

«A to, co trzymasz w ręku? Jak to się nazywa i do czego służy?». «To jastrząb – młodzieniec na to. – Jest ułożony do polowania na kaczki i kuropatwy». «A ci twoi kompani to kto? Na co ci oni potrzebni?». «To psy. Są wytresowane do tropienia ptaków na polowaniu». «No a te ptaki, z powodu których tak się starasz, ile są warte, gdybyś tak policzył wszystkie upolowane w ciągu roku?». Młodzieniec wymienił niewielką kwotę, nieprzekraczającą sześciu dukatów⁴. «A ile wydajesz na konia, psy i jastrzębia?» – dopytuje tamten. «Pięćdziesiąt dukatów» – ów na to. Wówczas człek zdumiony głupotą młodzieńca rzekł: «Ho, ho. Uciekaj stąd czym prędzej, błagam, po prostu fruń, nim medyk wróci do domu. Bo jeśli cię tu znajdzie, razem z innymi wrzuci do jamy jako najbardziej zwariowane ze stworzeń i by cię wyleczyć, zanurzy głębiej niż innych, bo aż po brodę».

Wariat wykazał, że zamięłowanie do polowań na ptaki jest całkowitym szaleństwem. No, chyba że oddajemy mu się od czasu do czasu – dla zachowania tężyzny fizycznej i mając pełną kabzę”.

monetę o wysokim nominale, dukat, monetę srebrną lub złotą bitą w Europie od wieku XII do początku XX. Łacińska nazwa *ducatus* wywodzi się od wyrazu *dux* – „książę”.